

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Malicia d
cum fonte primo

Malicia

est

mentis atque animi deprauatio
a tramite ueritatis deuia que
incuriosorum animis frequenter obrepit.

Ambrosius in exameron.

si enim neque sine principio est quasi
increata neque a deo facta, unde habet
natura malitiam? nam mala esse in hoc
mundo nullus sapiens denegauit, cum sit
tam frequens in hoc saeculo lapsus ad
mortem. sed ex his quae iam diximus
possumus colligere quia non est uiua
substantia, sed
mentis atque animi deprauatio
a tramite uirtutis deuia, quae
incuriosorum animis frequenter obrepit.

Ambrosius Mediolanensis, *Exameron*, 1,
8, 31 (CSEL 32.1, C. Schenkl ed., p.31,
ll.4-10).